

EXSEQUIIS  
IVVENIS ORNATISSIMI

ET

MORVMELEGANTIA PARITER AC RARA VITAE INTEGRITATE MAXIME CONSPICVI,

GOTTHILF DANIELIS  
ZIEGLERI,

QVI FILIVS ERAT NATV MEDIVS  
VIRI

SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI

WERNERI NICOLAI  
ZIEGLERI,

ILLVSTRISSIMI COMITIS DE STOLBERG

IN SACRO SENATV CONSILIARII,

ATQVE ECCLESARVM NON SECVS AC SCHOLARVM PER COMITATVM  
WERNIGERODANVM

SVPERATTENDENTIS SANE GRAVISSIMI,

ET

SACRORVM IN AVLA

ANTISTITIS LONGE MERITISSIMI;

SED

DIE XIII. ANTE CALENDAS MAII A. O. R. MDCCCLVII,

MORTALITATEM EXVEBAT,

SACRA HAEC DICARVNT

RECTOR ET RELIQVI LYCEI WERNIGERODANI  
COLLEGAE,

Wernigerodae, characterifimo Struckiano, typogr. aulic.



Kapsel 78N2 [128]

AK

X 3059820



ure inundatur lacrimis acerbis  
*DEFVNCTI IUVENIS* rogas.  
Morte num dura premitur iuuentus,  
Num nox ante diem datur ?  
Musa, quid dicis ? meditare tecum,  
Hoc fecit Deus : hinc file.  
Nec queror fatum, stetit haec voluntas  
Summi, quam scio, Numinis.  
Vnice ploro, fateor, dolorem,  
Qui nos tam celer occupat.  
Ohe ! *ZIEGLERI* libitina praiceps  
Solvit vincula corporis.  
Qui decus nostrum fuit illud ingens  
Dulcis Castalidumque amor.  
Summa quem morum probitas decorat,  
Vnbras ingreditur nigras.  
Hem nefas raram pietatis almae  
Tolli progeniem solo?

Turbo

Turbo ceu dirus fegetem peredit,  
 Alis si madidis furit;  
 Sternit et laetos hominum labores  
 Plenos spe quatiens agros:  
 Ingemunt pratium, pecus, atque sylvae,  
 Lugent agricolae simul.  
 Non fecus pallens pavor ora lambit  
 Multis stant lacrimis genae.  
 Filium *MATER* ciet; inde plangens  
 'Tundit pectora tristia.  
*Fratribus* frater deerit; *Soror*que  
 Horret funereas faces.  
 At *PATER* summe *VENERANDVS* omnes  
 Solatur gemitu pio.  
 Dicta nunc Christi legit, et quid adstat,  
 Audi: ne lacrimate, ait, \* \*Luc. 8. v. 52.  
 Mortuus non est *IUVENIS*, sed *ILLE*  
 Post mortem superest adhuc.  
 Nonne, dum viuunt, miseris liquefunt  
 Aerumnis homines pii?  
 Languidis curis fatius resolui  
 Duco, quas obitus vetat,  
 Magna si porro bona sunt parata  
 Justis corpore liberis:  
 Cur mori possum dubitare? quare  
 Nos haec gaudia nolumus?  
 Reddet amissa pretiosiore  
 Vitam Christus in aureis  
 Sedibus caeli: iuuat ergo sponte  
 Auras visere lucidas.  
 Tempus est, quo vox resonabit olim  
 Buftis: surgite mortui!  
 Dicta sumto spes, quibus est locata  
 Christi in munere sanguinis.

Lenias

✻ ( 0 ) ✻

Lenias sic, *VIR VENERANDE*, luctum,  
 Spectes praemia filii,  
 Nos quidem iussit pietas dolere ;  
 Ast omnes recreat fides.  
 Abs *Tua* auertat mala cuncta *Gente*  
 Votis quem colimus, Deus,  
 Ne finat saeuam citius reuerti  
 Mortem ad pignora cetera.  
 Addat his annos totidem: quot *Ipsi*  
 Defunt, augeat et *Tuos*.  
 Ipse moerorem minuat, diesque  
 Laetis tristitia temperent.




**A**udi vota, Deus, gelidum depelle timorem:  
 Nam, quos castigas, diligis atque foues.  
 Conferua *PATREM VENERANDVM*, protege *MATREM*;  
 Serues et focii pignora cara tori.  
 Nos doceasque mori. Discat studiosa iuuentus:  
 Hic moritur numquam, qui sapit ante mori.



78N2 [128]

2



EXSEQUIIS  
 IS ORNATISSIMI  
 ET  
 TER AC RARA VITAE INTEGRITATE MAXIME CONSPICVI,  
 MILF DANIELIS  
 IEGLERI,  
 LIVS ERAT NATV MEDIVS  
 VIRI  
 ENDI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI  
 TERI NICOLAI  
 IEGLERI,  
 MI COMITIS DE STOLBERG  
 CRO SENATV CONSILIARII,  
 NON SECVS AC SCHOLARVM PER COMITATVM  
 WERNIGERODANVM  
 ENDENTIS SANE GRAVISSIMI,  
 ET  
 SACRORVM IN AVLA  
 TIS LONGE MERITISSIMI;  
 SED  
 CALENDAS MAII A. O. R. MDCCLVII.  
 MORTALITATEM EXVEBAT,  
 CRA HAEC DICARVNT  
 ELIQVI LYCEI WERNIGERODANI  
 COLLEGAE.  
 aracterifimo Struckiano, typogr. aulic.



Kapsel 78 N 2 [128]

AK

X 3059820

